



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones Occurrentes & Funebres

Tylkowski, Wojciech

Oliva, 1686

In Funere cujuslibet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51821)

eima parte navis ut diriget eam. Sicut qui ad clavum sedet, emi non vult mori homines, vult ut nunquam ex arbore poma colligantur, messes ex agro, & lumina non defluant in mare, hyems in anno locum non habeat, vestis non veterascat, &c. Hâc lege nascimur ut moriamur, maturus fructus legi debet, & alii macurescunt citius aliis. Bern. in Pl. Qui habitat. *Quid verò agimus ex quo primo incipimus vivere, nisi mori appropinquare, & incipere mori?* Sed ut Ambr. de iustit. Virg. 3. *Laudatio hominis, non in exordio sed in fine est. Nemo enim nisi legitime certaverit coronabitur. Ideoque sapiens dicit Eccl. II. Ante mortem non laudaveris hominem quemquam, quia in fine hominis nudantur opera ejus.* Tum pomum ex bonitate laudatur, &c. Qui sibi bene est conscius, mortem non timet. Cypr. de mortalit. *Ejus est mortem timere qui ad Christum nolit ire; ejus est ad Christum nolle ire qui se non credit cum Christo incipere regnare, &c.* *Quid ergo petimus & rogamus, Advēiat regnum tuum si captivitas terrena deletat?* In scena sumus, demus locum aliis, in ponte sumus, cedamus ut alii transire possint. Clemens Alexandr. lib. 3. Stromatum, ait Christum interrogatum à Maria Salome, quamdiu vigeat mors? respondisse. *Quousque vos mulieres parietis.* Mutuò datam accepimus vitam, nemo dolere debet, si debitor mutuum reddat. Quid dixit Ethnicus Anaxagoras auditâ morte filii? *Noveram me genuisse mortalem.* Quid Pericles auditâ duorum filiorum morte? ad suggestum Oratorium processit, & suam Orationem incitando ad bellum Athenienses dixit. Quid Rex Antigonus in casu simili? *Serius ô fili tam gloriosam mortem obisti.* Et nos Christiani qui spem vitæ alterius habemus!

In Funere cujuslibet.

Hieron. epist. *Quidquid dixero quia ille non audit, qui mor-*

X

mor-

mortuus est, mutum viderur. Quotiescunque nitor in verba prorumpere, & super tumulum eius, epitaphii huius flores spargere, toties implentur oculi lachrymis & renovato dolore totus sum in funere. Gratas ago tibi Christe Salvator, quod tam precantem adversarium mortem dum occideris occidisti. Ubi nunc decora illa facies, ubi totius corporis dignitas, quâ veluti pulchro indumento pulchritudo anima vestiebatur? Sed rectum nostrum solari possumus ex eo, quia de mortuo bene speramus, quem si etiam sciremus cœlo frui, lachrymis omninò abstinendum esset. Ambrosius, Oratione de obitu Valentiniani Imperatoris, ex 2. Reg. 12. David moriturum filium flebat, mortuum non dolebat; flebat ne sibi eriperetur, sed flere desivit creptum, quem sciri esse cum Christo; sed ut scias verum esse quod assero, incassum Amen filium flevis occisum, parricidam Absalon doluis interemptum. Sed etiam bonis moderato dolore parentandum est. Idem Orat. de obitu Fratris. Homini non referre gratiam simile homicidæ iudicatum est: quantum crimen est non referre DEO. Placuit ipsi defunctum ad securiosa transferre, &c. Et ipsa consideratâ morte non habemus cur lugeamus. Idem orat. de fide resurrecti. Lugendum nobis non esse Fratrum nostrorum obitum doceamus. Quid enim absurdius, quàm ut id quod scias omnibus esse præscriptum quasi speciale deploras? hoc est animum supra conditionem extollere, communis naturæ consortium recusare, mente carnis inflari & carnis ipsius mensuram nescire. Quid absurdius quàm nescire quid sis, affectare quod non sis? &c. An Dominus jus est transferre mancipia quò decreverint, DEO non est? Cur eripis sententiam iudicaturò? nec sanctis istud permissum est, nec à sancto impunè unquam usurpatum. Videri potest Bern. in obitu Humberti. Ambr. tomo 2. Hieron. in Epitaph. Basilæ Nazianz. de Basilio, &c.